Quia ut dicitur luce xi. amendico vobis si perseueraueris pulsans dabit ei quotquot necessarios. Certum enim est quod communiter latrones ab hiis qui vigilant diuertuntur. Sed dormientes sic ab hiis qui vigilant in orationibus demones fugiunt. Vigilate igitur et orate ne intretis in temptationem mt. xxiiii. et iacobi. multum valet oratio iusti assidua et luce xviii. oportet semper orare et numquam deficere. quia numquam dimittendus est scutum orationis quamdiu bellum durat. i. vita hominis.

Sed numquid oratio debet esse assidua et diuturna

Respondeo secundum thomam in summa q. lxxxiii. articulo xiii. dicendum quod affectus seu desiderium caritatis ex quo oratio debet procedere tanquam ex causa tale desiderium sive affectus debet in nobis esse continuus vel actu vel virtute. manet enim virtus huius desiderii in hiis que ex caritate facimus. Omnia autem debemus in gloriam dei facere. ut dicitur prima ad cor. x. c. Et secundum hoc oratio debet esse continua videlicet secundum suam causam unde augustinus ad probam dicit. quod ipsa fide spe et caritate continuo desiderio semper oramus. Sed ipsa oratio secundum se considerata non potest esse continua quia oportet aliis operationibus occupari. Quod autem dicitur luce xviii oportet semper adorare etc. Et apostolus prima ad thessa. v. sine intermissione orate. intelligendum est quod aliquis continue orat vel propter continuitatem desiderii ut dictum est vel quia non interimitur quin temporibus statutis oret vel propter effectum in alio. sive in ipso orante relictum qui etiam post orationem remanet deuotus vel propter effectum in alio ut puta propter elemosinam datam per quam prouocat alium orare suis beneficiis. Pro eo etiam quod ab oratione cessat seu quiescit

Item Sexto oratio debet esse fidelis

Et secundum illud verbum prophete dicentis. miserere mei deus miserere mei quoniam in te confidit anima mea et iacobi primo. postulet in fide

nichil exitans ¶ Item dicit ee secreta - nr. Ihc. Tantum cum
viuis. &c. Item p̄ isidrus. Deuo primatis locus. optime finit
¶ Ne Regnatur q̄ sit secunda. et 10 dr Jeremie xlviij. maledictus
qui facit opus dei negligenter ¶ Item oportet q̄ sit denota nobis. p̄o
Regd. p̄o ca°. q̄ ana loquiebat mecū & suo. & vox illius no audiebat.
qua debet fieri potius corde q̄ ore.

Sed videamus que sunt ydiaones

efficatis oroīs ꝑtin dicendum q̄ quatuor sunt ydiones
efficatis oroīb. que si concurrunt semp est efficax. que ydiones
ponunt. m glo. hic xp̄s. sup illam parabolam. qui cū habebit amicū. &c.
¶ Oportet eum primo ut petat pie. ¶ Sed ut petat prose. ¶ Tertio
ut petat. p̄sidanter ¶ Qto. ut petat cū. ea que ptinent ad salutē
¶ Hoc idem dicit sanctus thomas. in summa. q. lxxxiij. articulo xto.

Primo ergo petat pie. Videlicet q̄ petens

et orans. non ponat obstaculum est in dispositio orantis.
et petentis. ad id quod petit ¶ Item pro se petat quia nullo ydigni
bus alicui gram̄ meretur. Cum dns sufficiat nob̄ p̄mium meritū p̄ncipis.
mt. xxij. ne forte non sufficiat nob̄ & vobis. et cetera de colligno.
tame bn̄ potest bus alicui. mereri p̄mia eterna ex ꝓpria dei⁹ no
dit. sed quod digni dicat sue beneficus ¶ Item quod petamus
ꝓpinqua ad salutē nam ideo dicit dns. sepe amittamus nos petimus
q̄d pro nob̄ ee existimamus ¶ Item q̄ petamus ꝑsidanter. Ihc xp̄s.
ca°. Ille si ꝑsidanter pulsauit. &c. et hic xviij. de illo mdice. cui
vidua illa erat molesta ꝓpter infestatione et ꝑsidantia obtinuit
quod petebat / Multo mg tame dens. ex habundantia sue pietatis exaudit
frequenter. / etiam cū no omnes iste ydiones. simul sint ¶ Sed iste
quatuor reputatis oro magis est efficax.
¶ Porgemus. g̃. deum et petamus ab eo q̄ tollat a nobis. &c.

scisma. Et hanc divisionem ab ecclesia sancta dei et istum errorem
et illuminet corda incredulorum ad videndum veritatem Et hoc
petamus perseveranter et pie. quia cum istud pertineat ad salutem
credendum est quod deus nos exaudiet. Unde augustinus super illud luce xi.
petite et accipietis dicit sic. Non tamen ortaretur ut peteretur
nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia. plus vult ipse dare
quam nos accipere. plus vult ipse miserere quam nos a miseria liberari hoc ille

Sed queritur utrum deus exaudiat
peccatores orantes Respondet sanctus thomas. ubi supra q.
lxxxiii. articulo xvi. dicens. quod si peccator petat aliquid in quantum peccator. id est secundum
desiderium peccati tunc a deo non exauditur. ex misericordia Sed quandoque exauditur
a deo ad vindictam dum deus permittit peccatorem adhuc ruere in peccatis
deus enim negat quedam propitius que concedit iratus ut dicit beatus
augustinus. Oratione vero peccatoris ex bono desiderio nature procedentem
deus audit non quasi ex iustitia quia peccator hoc non meretur Sed ex
pura misericordia observatis tamen quatuor conditionibus predictis que ad ora
tionem pertinent et requiruntur. ut sit efficax. videlicet ut petatur
pro se pie perseveranter. et quod sit ad salutem

Si autem queratur an oratio debeat
esse ~~talis~~ vocalis. Respondet sanctus thomas. ubi supra. articulo xii. dicens
quod duplex est oratio videlicet communis et singularis. Oratio communis
est illa que fit per ministros ecclesie in persona totius populi fidelis. et
que deo offertur pro populo pro quo oratur. et ista oratio oportet quod sit
vocalis. et ideo rationabiliter institutum est ut ministri ecclesie huiusmodi orationes
etiam alta voce pronuncient ut ad noticiam omnium possint pervenire oratio
vero singularis que offertur pro singulari persona Cuiuscumque sive
pro orante. sive pro aliis. De necessitate huiusmodi orationis non
est quod sit vocalis. adiungitur tamen vox tali orationi triplici
ratione. ut infra.

primo.

Primo quidem ad excitandum interiorem devotionem qua mens orantis elevatur in deum quia per exteriora signa movetur mens hominis in deum et secundum apprehensionem et secundum etiam affectum et ideo dicit augustinus quod in singulari oratione tantum vocibus et aliis signis est utendum quantum proficit ad excitandum interius mentem si vero mens ex hoc distrahatur vel impediatur tunc est a talibus cessandum ratio dicit propheta david tibi dixit cor meum exquisivit te facies etc. Secundo additur oratio vox quasi ad redictionem debiti ut videlicet homo deo serviat secundum se totum et secundum exteriorem hominem et secundum interiorem et hoc precipue competit orationi secundum quod est satisfactiva. Tertio adiungitur vox orationi ex quadam redundantia ab anima in corpus et ex vehementi affectione secundum id. ps. letatum est cor meum et exultavit lingua mea

Sed queritur an temporalia in oratione petere debeamus dicendum est sicut dicit beatus augustinus ad probam de orando deum hoc inquit licet orando petere quod licet desiderare temporalia autem licet desiderare non quidem principaliter ut in eis finem constituamus quia sic solum eterna queruntur mt. vi. primum querite regnum dei etc. Sed sicut quedam adminicula quibus adiuvamur ad tendendum in beatitudinem inquantum videlicet per ea sustentatur vita corporalis et inquantum nobis instrumentaliter deserviunt ad actus virtutum Concordat huius sanctus thomas ubi supra ar. lo vi. Et Raymundus et hostiensis versu In oratione autem et sequentibus et addunt quod dominus et magister noster omnia petenda conclusit in vii. petitionibus Cum docuit nos orare dicens pater noster et c. mt. vi. Item luce. xi. restrinxit ad tria videlicet ad fidem spem et caritatem que precipue sunt petenda unde dixit Quis ex vobis patrem petit panem numquid lapidem dabit illi aut piscem numquid pro pisce serpentem dabit illi aut si petierit ovum numquid porriget illi scorpionem In pane caritatem in pisce fidem In ovo vero spem dedit intelligere Sed quare deum oramus

Cum eius Voluntate non possimus ~~[illegible]~~ immutare. Dicendum
est quod deum oramus non ut divina dispositione mutemus quia deus
immutabilis est. Sed ut id impetremus. quod deus disposuit per orationes
devotas esse adimplendum videlicet ut homines postulando / mereantur
accipere. quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. prout dicit
beatus gregorius in primo libro dyalogorum. Neque enim ei preces nostras porri
gimus ut ei nostras indigencias manifestemus. Sed ut nos ipsi consi
deremus. quod in hiis ad divinum auxilium est recurrendum. Concordat
hiis beatus thomas. ubi supra. q. lxxxiii. articulo 2o.

Quid autem sit oratio dicit beatus aug.
quod oratio est pius affectus mentis in deum tendens. Et plerumque
ne animus ~~pigrit~~ pigritetur. in voce prorumpens vel oratio est congeries
vocum ad aliquid impetrandum in deum tendencium. Sanctus thomas vero
in scripto sententiarum libro iiiito adducit diffinicionem hugonis de sancto victore
dicentis oratio est ~~quedam~~ devotio quedam ex compunctione procedens dama
cenus vero dicit quod oratio est peticio detencium a deo. Et ista diffinicio damaceni
verissime totam naturam et essenciam orationis comprehendit et declarat
de qua oratione loquens augustinus ad proba dicit quod multum loqui in ora
cione est rem necessariam superfluis agere verbis. Cum plerumque hec
negocium plus gemitibus quam sermonibus agatur. ideo monemur ad breviloquium
nam ut dicunt sancti. frequens et brevis debet esse oratio. ne in moran
tibus nobis aliud cordi nostro inserat primitus. Nec tamen est putandum
quod breviloquium sit de necessitate orationis. quia oratio potest esse diuturna etiam
secundum se. non solum secundum suam causam sed etiam secundum se. Nam et de xpo legimus
quod ipse pernoctabat in oratione.

Dividitur autem oratio secundum
Cassiodorum et etiam secundum apostolum prima ad thimotheum 2o
capitulo in quatuor videlicet in obsecratione qua quis compunctus.

de commissis Venia deprecatur. Item in deprecationem per quam fit ascensus mentis et intellectus et affectus in deum vel per quam aliquid deo vovetur vel offertur. ¶ Item in postulacione que est quedam peticio per quam aliquis constitutus in mentis fervore pro se vel pro aliis solet emittere ¶ Item in gratarum actionem per quam mens deo refert per affectum purum recolendo beneficia preterita vel contemplando presencia vel profitendo ad futura iam preparata dilectis ¶ Beatus vero bernardus in quodam sermone dixit quod obsecraciones fiunt affectu verecundo. Oraciones puro affectu postulaciones vero amplo affectu sed gratarum ~~affectiones~~ actiones devoto affectu ¶ Hiis visis videndum est de impedimenti orrore et feditate videlicet que sunt illa que impediunt fructum orationis devote.

Que sunt sex que impediunt eius effectum

¶ Sex
- Primum est temporis incongruitas.
- Secundum est dyabolice temptationis importunitas
- Tercium est nostrorum peccatorum timpitudo et feditas.
- Quartum est cordialis rancoris pertinacitas.
- Quintum est cordialis duricie crudelitas.
- Sextum est ipsius orantis dubietas.

Primum ergo impedimentum est quia non petitur tempore congruo nec fit oratio tempore congruo sicut negatur pauperi elemosina quando non petit tempore debito tempus beneplacitum deo est tempus gratie presentis osee. xv.mo capitulo. Tempus requirendi dominum cum venerit qui docebit nos iusticiam tempore placito. ps.ta beneplacitum est deo habitare in eo videlicet in habente gratiam ¶ Secundum impedimentum est dyabolice temptationis importunitas de hoc habetur exemplum in dyalogo de monacho quem dyabolus expellebat de ecclesia tempore orationis. Et ideo frequenter in oratione suggerit malam cogitacionem ut impediat

Oratione et ideo dr ecci. x. ca. muste morientes perdunt suam suavitate unguenti. i. immunde cogitationes perdunt suam devotionis et orationis. propter quod orans debet eas ad se amovere sicut muscas a scutella sua.

Tertium impedimentum est peccatorum turpitudo et feditas. Et io scribitur ysa. 2o. c. Cum multiplicaveritis orationes non exaudiam vos. manus enim vestre plene sunt sanguine idest operibus malis. ille enim gladio enagmato pacem a deo querit qui cum proposito peccandi deum sibi reconciliari intendit et io scribitur trenorum 2o ca. nos inique egimus. et ad iracundiam te provocavimus idcirco inexorabilis es.

Quartum impedimentum est cordialis rancoris pertinacitas et io scribitur mt xv. Cum stabitis adorandum dimittite si quis habetis adversus aliquem et io dicit ysidorus sicut nichil proficit medicamentum si adhuc ferrum sit in vulnere ita nichil proficit oratio illius. cui adhuc odium remanet in pectore et ecci. xxviii. Relinque proximo tuo nocenti te et tunc deprecanti te tibi. peccata solventur

Quintum impedimentum est cordialis duricie crudelitas seu inimica proximi et io dicit glo. super id mt xii. extende manum tuam etc. frustra extendit manum suam pro peccatis ad deum rogaturus qui eas ad pauperem pro posse suo non extendit. quia enim fecit aurem suam surdam deo iustum est quod ipse faciat sibi aurem surdam et io scribitur prov. xxi. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis clamabit et ipse non exaudietur

Sextum impedimentum est orantis dubietas Et ideo scribitur iacobi po. postulet in fide nichil esitans propter quod dicit beatus gregorius indignus inquit est celesti benedictione qui dubio querit affectu. Et ideo dicit beatus augustinus propetentis negligentia redarguitur cum de dantis misericordia minime dubitatur et mt. xvii. dicitur.

Amendico vobis si habueritis fidem sicut granum synapis dicetis monti
huic transi huic et transibit et nichil impossibile erit vobis. Et viso de impe
dimento orcore et feditate videndum est de ipsius orantis vigore et ydone
itate ac dignitate videlicet qui sunt illi qui sunt digni et ydonei ut
in divino concistorio exaudiantur. Ad quod dicendum est quod octo sunt genera
personarum que sunt digne et ydonee secundum presentem iusticiam ut in con
cistorio divino exaudiantur videlicet.

Videlicet
- habentes voluntarie paupertatis asperitatem vel tenuitatem.
- Amantes et metuentes diem pietatis acerbitatem
- Diligentes mentalis gemitus et lamentationis suavitatem
- Amplexantes misericordie et pietatis benignitatem
- Possidentes cordialis mundicie puritatem
- Suscipientes obedientie et subiectionis pronitatem
- Cupientes diem dilectionis caritatem
- Et optantes desiderii mentalis sinceritatem

Omnes igitur predicti secundum presentem iusticiam sunt digni et ydonei ut in
divino concistorio et in conspectu divine maiestatis exaudiantur secundum legem
a deo datam et secundum presentem iusticiam

Primum igitur sunt habentes voluntarie paupertatis
asperitatem in xpi. ps. exaudivit pauperes dominus et vinctos suos
non dexpexit idem ps. desiderium pauperum exaudivit dominus et c. Et
ideo cum mendicantes sunt pauperes spiritu nam paupertatem promittunt post
annos discretionis spontanee et voluntarie modicum ostendit se diligere
deum et honorare ille qui pauperes mendicantes vilipendit vituperat
et subsannat. Cum xpus pauperes spiritu laudet magnificet et honoret
Quia verus xpi dilector laudat honorat et magnificat quidquid
ipse xpus magnificat et exaltat. Invitibus enim superbis denegatur

Sen. nec e
deo dignus
a deo. quia qui
opes concepsit
non quia alia vocatur
paupertas amor
paupertatis vel
conceptus terrenorum

Audiencia in celo quia ipsam in terram inuenerunt iuxta id ecclesiastici xiii. capitulo
diues locutus est et omnes audierunt. Et ideo ille diues epulo non fuit exau
ditus de gutta aque luce. xv. Sed pauperi denegatur audiencia in terra sicut
dicitur ecclesiastici xiii. pauper locutus est et dicunt quid est hic et ideo datur a ei
audiencia in celo. iuxta id psalmista. iste pauper clamauit et dominus exaudiuit eum

Secundi sunt amantes et metuentes
diuine potestatis acerbitatem. Illi enim qui timent deum et in
eius amore perseuerant sunt digni et ydonei ad exaudiendum quia scribitur
iudith ultimo capitulo. Qui timent te domine apud te magni erunt per omnia
et ecclesiastici xxv. timor domini super omnia se superposuit beatus homo cui datum est semper
habere timorem domini et ecclesiastici xxviii. Relinque proximo nocenti te et tunc
deprecanti tibi peccata soluentur. Homo hominem seruat iram et adeo querit
medelam et in simile sibi non habet misericordiam et de peccatis suis deprecabitur
altissimum.

Tercii sunt diligentes mentalis gemitus
et lamentacionis suauitatem qui videlicet mentaliter deflet
et lamentantur deffectus suos et peccata et miserias proprias et alienas.
iuxta id ysaye. xxxviii. Audiui oracionem tuam et vidi lacrimas tuas.
lacrima enim est quasi vox in aure dei. et ideo dicit psalmista. auribus percipe lacri
mas meas. Nam sicut pia mater videns filium suum plorantem cogitat
sibi dare quod petit. Sic pius pater miserarum et ideo dicit beatus augustinus
quod lacrima deum cogit et oracio deum vngit. Unde dicitur ecclesiastici xxv. Nonne
lacrime ad maxilla descendunt et exclamacio earum super seducen
tem eas.

Quarti sunt amplexaciones misericordie
et pietatis benignitatem iuxta id ysaie lviii. frange esurienti
panem tuum et c. Sequitur. tunc inuocabis et dominus exaudiet et cla
mabis et dicet ecce assum quia misericors sum ~~dominus~~ dicit dominus ecclesiastici
iiii^to. declina pauperi aurem tuam sine tristicia et redde debitum

et Responde pacifica in mansuetudine in iudicando. Esto pupill
misericors. &c. Sequitur. et eris. velut filius altissimi obediens et miserebe-
tur. magis quam mater

Quinti sunt Possidentes Cordialis
mundicie puritatem mx. id. p. io. iij. ca. Karissimi si cor
nostrum non reprehenderit nos fiduciam habemus in deum quoniam quidquid
petierimus ab eo accipiemus. glo. dicit quod si non ad voluntatem tamen
ad necessitatem sicut io. viij. si diluculo consurrexeris ad dominum et omnipotentem
fueris deprecatus si mundus et rectus fueris statim evigilabit ad te. et
pacatum reddet habitaculum iusticie tue.

Sexti sunt suscipientes Obedientie. et
subiectionis pronitatem mx. id. io. iiij. ca. Scimus quod peccatores
deus non audit. sed si quis cultor dei est et voluntatem eius facit hunc
deus exaudit et ieremie. vij. sicut non exaudierunt / sic clamabunt
et ego non exaudiam

Septimi sunt Cupientes Divine dilectionis.
Caritatem mx. id. ecc. iij. Qui diligit deum exorabit pro peccatis
suis. et continebit se ab illis. et in oratione dierum exaudietur.

Octavi sunt Optantes desiderii mentalis sublimitatem
mx. id. ps. desiderium pauperum exaudivit dominus preparationes cor-
dis eorum audivit auris tua. idest cor preparatum ad serviendum tibi
et io dicitur ecc. xxxviij. ante orationem preparabis animam tuam
Sic igitur preparemus nos ad orandum et deprecandum deum Ut
istud scisma. et istam divisionem tollat et amoveat ab ecclesia sancta dei
quia iste est fumus qui obnubilat et obtenebrat multum ecclesiam sanctam
dei. Et si diu duret quasi evacuabit sacramenta ecclesiastica et heresis multe
pullulabunt et orientur. Et hec de secundo remedio dicta sufficiant

no

Videlicet de oracionis suffragio et ammonimento quod erat
secundum remedium contra pestem scismatice pravitatis.

Sequitur tercium remedium contra
eandem pestem quod tamen est minus principale et istud remedium
est manus militaris vel popularis tutamentum ubi enim non prodest veri
tatis manifestacio quod est primum remedium nec frequentata de
note oracionis deprecacio quod secundum remedium providendum
est de tercio quod est manus militaris vel popularis impugnacio
protectio et deffencio Et hoc est quod dicitur in prima figura ubi di
citur apoc. xii. ca. quod terra adiuvit mulierem et absorbuit flumen quod
draco emiserat de ore suo ad absorbendum partum mulieris que erat
paritura. Quia postquam perfidi scismatici noluerunt reverti ad unitatem
sancte matris ecclesie coherciendi sunt ut revertantur et per sententiam excommunicationis
et etiam vi armorum ut habetur xxxiii. q. v. ca. quali nos. ubi dicitur
sic divine et mundane leges statuerunt ut ab ecclesie unitate divisi
et eius pace turbantes a secularibus potestatibus comprimantur
nec quicquam maius est ut dicitur in predicto ca. nec quicquam maius est inquit
unde deo sacrificium possitis offerre quam si id ordinetis ut hii qui in sua
et aliorum provincie debaccantur et insaniunt competenti debeant vigo
re compesci ubi supra.

Scismatici vero in duobus peccant

Primo quia separant se a communione membrorum ecclesie et ut
sic pena eorum est ut excommunicentur. Alio modo quia subdi
recusant capiti ecclesie et ideo quia reverti noluerunt nec per osten
sionem veritatis nec per deprecacionem caritatis nec per excommunicacionem
ecclesiastice severitatis iustum est ut temporali potestate coherceantur. Ita dicit
Sanctus thomas. secunda secunde. xxxix. q. articulo iiii. Et quod ita debeat
fieri satis apparet di. xvii. ca. nec licuit et xi. q. prima petimus
Et hoc de tercio remedio quod est militaris seu popula
ris impugnacio seu protectionis tutamentum

Verba sancti pelagii pape

Quartum Remedium Contra

Vulnera predicta e vite preterite emendacio et correctio sine ut alii dixerunt emendacionis et correctionis medicamentum Et hec est quod dicitur in predicta figura cum ait beatus iohes. date sunt mulieri ale due aquile magne. ut volaret in desertum locum ubi alatur per tempus et tempora et dimidium temporis. Istud enim desertum est locus seu virtus penitencie emendacione vite preterite et correctione designans. Et in tali deserto penitencie hec mulier videlicet sancta mater ecclesia et membra eius debent alere filios suos. et nutrire per tempus et tempora et dimidium temporis videlicet per illa doctrina quam xpus docuit infra spacium tonum annorum cum dimidio quo spacio ipse docuit et predicavit doctrinam euangelicam que est doctrina veritatis. et necessitatis. claritatis. et infallibilitatis.

Istud autem desertum

Ad quod debemus ire et volare. Est virtus penitencie ut iam superius extitit declaratum.

Hec enim e virtus. per quam dei sententia Renovatur.
per quam culpa dimittitur et fugatur.
per quam anima deo reconsiliatur.
per quam ira dei et eius indignacio placatur.
per quam debita pena solvitur et eterna pena evitatur.
per quam bona perdita restaurantur et recuperantur.
per quam sanitas corporalis. conceditur et donatur.
per quam hereditas temporalis restituitur et recuperatur.
per quam anima donis celestibus ditatur et augmentatur.
per quam homo ab inimicis. deffensatur.
per quam angelus letificatur.
per quam vita eterna conceditur et donatur. Et omnia predicta possent sufficienter probari per auctoritates et per exemplas sacre scripture. Et per originalia sanctorum sed causa brevitatis.

obmitto. Sufficiat de pnti. Dicere. Ad laudem virtutis
pnie. quod beatus augustinus dicit ~~comendans~~. virtute pnie
comendans. in hunc modum. Penitentia inquit langores
sanat. demones terret leprosos mundat mortuos suscitat sa
nitatem auget. gratiam dat. conservat. vitam dat. claudis gressu
Ecc cecis visum restituit. vitia fugat virtutes exornat.
Conscientiam exonerat. mentem munit et roborat eternam gloriam
tribuit. et meretur. hc augustinus de laudibus pnie. Unde beatus
bernardus. exortans quemlibet nrm. ad pniam ita inquit
vitam tuam cotidiana discussione examina attende diligenter
quam proficis. quam vel defficis. qualis sis in moribus qualis in affectibus.
quam similis sis deo vel quam dissimilis. quam prope vel longe non locorum
intervallo sed morum affectibus

Stude ergo te cognoscere quia multo melior
eris. et laudabilior si te agnoveris quam si te neglecto cog
noscerem. Cursus siderum vires herbarum complexiones hominum
naturas animalium et hres omnium celestium et terrestrium sciam.
Redde ergo te tibi. et si non semper saltim aliquando rege tuos affectus.
dirige actus. corrige gressus. nichil in te remaneat indisciplinatum
pone ante oculos tuos transgressiones tuas. statue te ipsum vel ante te prius quam
alterum. Et sic te metipsum plange. et plora iniquitates tuas. et pcca
quibus deum offendisti. et indica ei miserias tuas. Cumque coram deo lacrimis
te mactaveris. Precor te ut memor sis mei hc beatus bernardus.
Sic per pniam ad dnm revertamur. ut eternam gloriam hre mereamur.
Amen.

explicit etc.

Circa materiam istius pntis
scismatis. Quia consideravi
statum ecce primitive propter

Adhuc enim Veritati Paucitatem Dicto in primo tractatu que feci
pro elucidacione veritatis et detectione et Reprobacione falsitatis ego
posui xvii^ci puncta quasi xvii^ci fundamenta ad presentem materiam necessaria
per que fundamenta adversariorum evertantur et destruuntur et quedam
ex eis in ultimo isto tractatu alcius Reppetuntur.

Primus punctus fuit de antipape bartholomei et
suorum deffensorum Reprobacione facta in generali in epistola longa
quam feci contra ipsum que incipit

Veritatem meditabitur etc.

Secundus punctus fuit de prime electionis Rome
Celebratione annullacione in quo puncto posui duas conclusiones.
Prima fuit quod illa electio Rome celebrata de Bar^meo fuit irrita cassa
illegitima atque nulla quam conclusionem probavi per xxiiii^or Raciones
fundatas in iure humano et divino. Secunda conclusio fuit quod dato sed
non concesso quod domini Cardinales omnes vel due partes eorum elegi
ssent illum Bar^meum animo et proposito quod esset verus papa dum tamen ille animus
et illud propositum fuisset exactus et extortus exactum et extortum per metum
cadentem in constantem virum prout fuit de facto in electione bar^mei hoc non
obstante electio fuit illegitima invalida cassa atque nulla ex eo et pro eo
quod ille animus et ille consensus fuit maculatus et infectus per illum
metum. Et hec probavi per decem Raciones quam conclusionem cum suis Racionibus
ego posui post Reprobacionem domini Iohannis de Linhano et post Raciones
quas feci pro parte adversariorum

Tercius punctus fuit de domini Johannis de Linhano
Reprobacione facta super multis punctis tactis per eundem. In
quarto puncto ponuntur Raciones mee proprie pro parte bar^mei et solu
ciones earundem et ibi ponitur conclusio mea secunda superius dicta quam
probavi per v^ce Raciones. In quinto puncto ponuntur Raciones.

domini Ubaldi doctoris prusini pro parte bar.mei et solutiones earundem. ¶ In vi.to puncto ponitur ista conclusio et probatur per xx.ce rationes. videlicet quod ad sacrum collegium dominorum cardinalium pertinet de tractare diffinire et declarare an electio per eos celebrata de summo pontifice sit legitima vel illegitima cassa seu nulla et per consequens ex hoc non oportet consilium generale celebrare.

In septimo puncto agitur de legitimia domini Clementis septimi electione. ¶ In octavo puncto agitur de summi pontificis legitime electi et ecclesie potestate et dominatione.

¶ In nono puncto agitur de multiplici libertatis acceptione. Et ibidem ponuntur quatuor conclusiones. Circa libertatem quam quia debent habere domini cardinales in electione vicarii ihesu xpi

In decimo puncto agitur de voluntatis coactione. Quomodo videlicet voluntas possit cogi et quomodo non ubi etiam ponitur triplex vel quadruplex modus coactionis. Et secundum hoc ponuntur quinque conclusiones et solutiones ad oppositas rationes.

¶ In xi.mo puncto ponuntur tres lamentationes. una est de casu ecclesie alia de casu cleri tertia de casu populi xpiani. ¶ In xii.o puncto ponuntur iiii.or remedia contra presentem pestem scismatice pravitatis et contra triplicem casum predictum. ¶ Primum remedium est

¶ Veritatis et orthodoxe eruditionis documentum

¶ Secundum est ferventis orationis monumentum

¶ Tertium est emendationis et correctionis medicamentum

¶ Quartum est militaris protectionis tutamentum

¶ Et omnia ista quatuor puncta tanguntur in illa visione scripta apoc. xii.mo ubi dicitur quod illi mulieri et cetera

¶ Sequitur in secundo tractatu.

In secundo Autem Tractatu primo
ponuntur duo prologi. Quorum Primus qui incipit
Cogitanti michi inducit phos et magros in sacra pagina ac etiam
alios qui veniant ad veritatem. Secundus prolongus qui incipit
porro arguit phorum et magiorum temeritate quia venerunt contra
veritatem. Item ponuntur quinque eorum fle conclones et earum
Raciones quibus roborantur. Item ponuntur alternative quinque
contrarie et vere conclones opposite predictis et Raciones opposite dissolvuntur
et flicates detegunt. Item fundamenta adversariorum in quibus
se arrestant impugnantur. Item ostendit quod non bene Respondent ad
Raciones que pro parte veritatis inducuntur. Item Remedia contra inectiones
factas contra dnos cardi subiungunt. Item Respondetur ad oraciones pro quas
contra dominos cardinales inehuntur.

Penultimo ostenditur iure naturali iure
divino et iure humano quod ad dnos Cardinales pertinet declarare
determinare et diffinire an electio vicarii dni nri ihu xpi per eos celebrata
sit legittima vel illegittima cassa vel nulla. Et per consequens super hoc et de
hoc nisi aliud occurrat non est concilium generale celebrandum nec vo
candum. Et ista sunt sub quodam epylogo que in istis duobus tracta
tibus fuerunt tractata et determinata

Deo Gracias Amen

Adversarii quoque Veritatis Arguunt
adhuc sic. Quia ut ipsi dicunt domini Cardinales
et dixerunt et scripserunt quod ipsi elegerant in papam bar. archiepm
baren. tunc aut dicebant verum aut falsum. Si dicebant verum
habetur propositum videlicet quod bar. est verus papa. si falsum igitur
ipsi mentiti sunt et per consequens in nullo facto est eis credendum.

neque fides danda.

Item talem et tantam impressionem fecerunt Romani pro Bartho. qualem et quantam fecerunt pro dominis cardinalibus mediolan. et florentino. Patet ista quia non faciebant impressionem nisi pro ytalico vel Romano. Sed nulla impressio fuit facta pro duo cardinali mediolan. vel florentino. Patet quia ita bene fuissent electi sicut Bar. Igitur nulla impressio fuit facta pro bar. et per consequens fuit libere electus

Ad primam rationem iam est responsum superius si dicta bene notentur. Nam fuit dictum quod terminus equinoctus vel multiplex potest verificari vel pro uno significato vel pro alio. si habeat conceptum in mente correspondentem sine periculo cuiuscumque mendacii. Sicut si dicam quod canis est maior quam totum palatium pape intelligam hoc de celesti sydere. Verum dico licet audientes non intelligant nec mentior sic quia papa est nomen equinoctum ad papam verum et legitimum et ad papam putativum. Ideo cum domini cardinales dicebant quod elegerunt eum in papam. et quod ipse erat papa. ipsi non ~~intelligebant~~ mentiebantur. quia non intelligebant quod erat papa putativus. et non verus nec legitimus loquebantur ante ficte ad vitandum mortis periculum ut dictum fuit et do exemplum in simili. Nam beata virgo dixit xpm esse filium ioseph. et ioseph dixit esse patrem eius. dicendo luce 2o. ego et pater tuus dolentes. querebamus te. Nam beata virgo hec dicens. intelligebat quod erat pater putativus et non naturalis. et sic non fuit mentita sic in proposito etc.

Ad secundum patet solucio quod fuit facta impressio. pro illis. dominis cardinalibus in confuso. in determi

Indeterminate. et Implicate. sicut pro Bar. non tamen expli
cate. et Determinate. Sed bar. fuit electus et non alii quia ipse
habuit alias vias corruptivas. Romanorum quas Alii non habuerunt
habuerunt Quare etc.

Porro quia adversarii Veritatis
Nondum Volunt Venire ad lucem
primo quibusdam sophisticis Rationibus conantur illa electione
bar. colorare. Idcirco quod non obstante quod ego superius xxxiiii^ta^ or. Ra
tionibus probaverim illa electionem Bar. fuisse nulla et invalida
tamen hec non obstante. Ego probo hec Rursus. videlicet quod electio bar. mei
quondam baren. archiepi non fuit canonica. Sed irrita invalida atque
nulla. et infirma per Rationes luce clariores.

Et hoc probatur Primo iure naturali
sumendo ius naturale. pro instinctu a naturali a Recta
Ratione. procedente iure humano et Divino confirmato.
Secundo probatur iure divino. Tertio probatur iure humano et
alternatis vicibus nunc unus nunc alio.

Primo sic Quia nullus Actus Irre
gularis et a iure prohibitus. potest creare summum pontificem
secundum dictamen et instinctum Recte Rationis. Patet ista. quia actus
creans summum Pontificem cum sit celebrior quam actus cuiuscumque
civitatis debet esse Regulatissimus et a iure concessus et iure munitus
et gratuitus non meticulosus Cum sit actus utilis. et necessarius toti
xpianitati Sed actus electionis bar. non fuit Regularis Sed ir
regularis. et a iure prohibitus. patet ista quia fuit celebratus
contra Regulas. iuris et contra prohibitiones. canonicas de electione

sumum pontificem dictas et factas. ut pz quia ꝯ canone scripti. xxxv. d. ca. Iuuene. dis. et hoc xv. d. ca. Cupius pecunia. ut plani ut nullitas timultu. Item ca. Cupius eplice. Ste. hic. dis. Elect. ca. Ubi maio. versi. Vat. & c. fundamenta. versus. Igitur illa electio seu notario non potuit creare dat. sumum pontificem

Secundo sic. dis. dicitur Recte Pactionis. electio sumi pontificis. debet fieri et celebrari Recte sine non obligno. absit. & immaculata. & pura intentione et immaculata. & pia mente. Sed electio. dat. si electio debeat dici. no fuit sic celebrata. igitur. no fuit electio ppalis. Sed electio. dans. inutilis informis. invalida et infirma maior. patz. qz talis & tantus actus debet ordinari et fieri ad honore dei. & ad sua ordinatione & stabilitate totius xpianitatis et ecce sancte dei. loquentem xpianitatis michil maculatum. & infectu admittit. quia scribit. & precipz. tenetur. xxxv. ca. q. oblata deo sint munda. Et eode. tomo. xxxv. Ch. estote. munda. ergo sic. sumi dei. dei. debent. et pa. xxxv. Ch. lex dei immaculata. animans animas et pa. C. ambulans. in via immaculata. h' nuchi. ministrabat. ut honor dei patet. aliqualiter. ut infectum. sibi dicit. greca. sup. eccle. omnes. in. ij. pte. 2a. Ch. maculam. vel. ruga. quis. uno ope. quod agit. frenetice. sibi. pnmd. ponit. deputet. & fedat. in conspectu dei. spem. cum opib. macula. pue intentionis et mala. ingrata. omnia. dicat. q. no. debet irreligiose fieri. quod. p. Religione fieri. pcipz. et

et pa. q. pa. ca. multi et ca. nitet. et confirmat. pura. allata. in pura. Pactione. et p. ta. pa. dr. sibi. immaculata. ingnit. via. qua. brillat. &. et. ut. Da. sibi. mundo. corde. dem. est. q. maior. Sed. minor. patet. qua illa electio. seu notario non fuit celebrata. Sed obligno. qua no. ppe. honorem dei. ut. ppe. stabilitate. xpianitatis. & sua ordinatione. esse. Sed. solu. ppe. metu. mortis. alis no. factura. ut. dr. talis. amarodatus. dicitur. cardinalis

Sint. etiam. celebrata. intentione. & mente. maculata. et infecta

quia propter metum mortis ipsum elegerunt. Et consta quod talis electio debet celebrari propter honorem dei et utilitatem et bonam ordinationem ecclesie et totius christianitatis et tamen ista deffuerunt igitur fuit nulla.

Tertio sic quia actus electionis papalis debet celebrari cum debita modestia et mansuetudine et cum debita deliberatione et libertate tranquilla multo plus quam alii actus particulares virtuosi vel saltem non minus et plus quam alii particulares actus comitatum vel personarum singularium. Sed actus electionis bar. non fuit sic celebrata. Igitur nichil valuit. Maior patet quia actus ordinandus ad honorem dei et utilitatem totius christianitatis ut sic ut dictum est celebrari quia alias non esset actus moralis debitis circumstantiis informatus nec esset actus virtuosus immo esset informis et factus et formatus ex impetu sensualitatis et non secundum dictamen rationis naturalis et talis actus non esset ad honorem dei et utilitatem christianitatis ordinatus. Et per consequens esset nullus. Sed minor patet quia electio bar. fuit facta cum seditione et tumultu populi furentis et dentes stridentis ut patet per casum concordatum igitur nichil valuit.

Quarto sic actus iustus debet exequi iuste secundum legem et dictamen rationis naturalis que est scripta deuteronomii xvi. ubi dicitur sic iuste quod iustum est exequaris. Sed sede romana vacante actus electionis papalis debet esse iustus quia debitum et iustum est ipsam electionem celebrari et fieri quo debuit fieri iuste. Sed actus electionis bar. non fuit celebratus iuste. Sed iniuste quia per metum a iure prohibitum igitur illa electio fuit nulla.

Quinto sic et arguitur. Quia actus qui debet fieri secundum caritatem et propter caritatem si non fiat secundum caritatem et propter caritatem nichil est et nichil prodest ut patet per apostolum prima ad cor. xiii ubi ait apostolus si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum caritatem autem non habuero nichil michi prodest.

Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam Caritatem autem non
habeam nichil sum etc. ¶ Sed certum est quod illa electio debuit celebrari
propter caritatem dei et proximi ut patet evidenter quia debuit fieri
propter amorem et honorem dei et propter amorem et utilitatem xpianitatis
et totius ecclesie dei quod tamen non fuit sed propter metum mortis principaliter
igitur nichil profuit

Et confirmatur per illud quod scribitur
prima ad cor. xiiii. ubi scribitur sic omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis
illa autem electio non fuit honeste et ordine debito celebrata igitur
nulla fuit. ¶ Sexto probatur sic in iudice et est fortis ratio iudicio
meo quia dispositio sine qualitas tollens substantiam actus et eius sollempnitatem
et que reddit et facit ipsum actum accessorium talis dispositio sine
qualitas facit ipsum actum nullum et invalidum et infirmum sed
metus qui intervenit in elec. bar. fuit dispositio seu qualitas que
abstulit substantiam illius actus et eius sollempnitatem
fecit quoque ipsum accessorium actuum igitur illa electio nulla fuit
et invalida et infirma maior patet per ea que notantur extra de his
que vi metus ve. ca. fuit ca. abbas in glo. circa medium ubi dicit
glo. 3a. bernardi quod votum exactum per metum cadentem in constantem virum
non tenet etiam si quis incidat in ipsum culpa sua quia voluntas et liber-
tas sunt de substantia voti. Idem est de matrimonio idem est de iuriditione idem est
de auctoritate tutoris per metum extortis et exactis ut probatur in dicta glo. de
singulis per multa iura

Item donatio de rebus ecclesie per metum extorta
et exacta non valet quia deficit ibi sollempnitas. Ut probatur
procede ad aliam paginam.

Ut probatur ibidem per multa iura. Item de dote per metum extorta
quia est accessoria ad matrimonium quia si non tenet principale nec acce
ssorium tenet ut probatur ibidem per multa iura. Minor patet quantum
ad singulas partes quod enim metus iustus aufferat substantiam patet li°
vi. de elec. ca° ubi manifestum. Quod ceterum ubi dicitur quod tunc cessat electionis
substantia ubi libertas admittitur eligendi. Quod autem tollat sollempnitatem
electionis patet di. xxiii. ca° In nomine domini. et lxxxix. ca° Si quis pretium
Quod autem ille metus fecerit illam electionem accessoriam patet pro tanto
quia metus fuit causa illius electionis ut dicit casus concordatus.
Duorum Cardinalium alias inquiunt non facturi igitur nulla fuit etc.

Item dispositio seu qualitas ad que
tollit et mutat substantiam actus tollit etiam et mutat eius virtu
tem valorem et vigorem. Sed metus cadens in constantem virum
tollit et mutat substantiam et naturam electionis igitur tollit eius virtutem
valorem et vigorem. Maior patet quia virtus valor et vigor sequuntur
inseparabiliter naturam actus. et ideo sublata et mutata natura et
substantia actus tollitur eius virtus valor et vigor
Minor patet quia ille metus transfert actum de uno contradictorio in aliud.
Nam ~~electus~~ actus electionis celebratus sine metu et fraude est purus
sincer et immaculatus. Sed quando celebratur cum metu et fraude
tunc non est purus neque sincer sed impurus et sine sinceritate.
Est etiam maculatus et infectus et sic transit de puro ad impurum
de immaculato ad ~~mm~~ maculatum que sunt contradictoria

Certum est quod in electione barmei fuit
talis metus igitur mutavit totaliter naturam et substantiam
actus electionis principalis. Et per consequens eius valorem virtutem et vigo
rem. Et ita nichil valuit.

Et hic finis presentis libri Deo gratias
amen

Ad notandū sit tam ꝑtinuit ꝓ concilio constancien vltra iudiabilis nūq ꝑpia
nare ausit celebrauerit medio hussitue .i. tempore dicaq; corpore nyhil
ecce mēbra sundat nec est q̄ obiect ut sucurrat / aut qui ꝑsilet cum
ex oby filys quos genuit . Ideo duo serenissimi ꝓncipes ꝑpiantes dolores
matres ex cupientes pristinū statū dirupte z transmittit ꝓnpiby tempus
gelusiones ut pd fidem defendunt vias duas z appbatus ꝓ eccl
lentissos tam sacre pagine ꝙ iur canonū z ciuilis doctores / quas n ost co
cilio quale celebrando pdc doctor totaly obstinacy in ꝑuo messis mar
cij tenet gra omez hoīm absente ffesse fuit z stupuerunt dissen
sisse

Primo q̄ fides catholica adeo est ꝓ illegata ꝙ est omy hoīm ꝑsona
sic q̄ ab meto amore timore aut grauy angaz mortalis quacuq; ꝑsistat
dignitate no debet obnyte ꝙ ad explanandū saluacois ut tuendū ipiq nostū
ꝑtinere /

Secdo q̄ necdū constat vera z stabes materie ꝓcessus quibz dutz e gladij
ad ꝓcedē byndicte in nacionibz possitenz assyte sue fidei zelū debe
sisse . ato absens a side sue cessendi .

Tercio q̄ statut bresse Romane dūj . Gabelly . gaudiy . nestorij et
alioz hereticoz ꝓ quibz ciuitas expugnate fuerūt . Ita nocet ꝙ ecclia
dicationes hereses hussitue contra de messe ꝓtemy maioris in cuitate
celebranꝫ /

Quarto q̄ ad celebracoē comuny quale sit medium nocumy nam ecclie
pauda dutz bresim pusse dicy ꝙ magē z nyq obnoxiq est ꝓmouere
sub pena pene mortalis celebracoēs comuny sicuda dicto tpore .

Quinto q̄ ubi ꝑ ut cardinales desistant ꝓmoue aut vehnt / inpe
dire celebracoēm comuny quale pdicto tpore fautores hrsis sut excludi

Sexto q̄ ubi ꝑ ꝓpter mensse maioy comune quale ꝑsse aut aliud
seu alias ab eo deputatos no mouiant ꝙ putes tue moralis fuisse
dicymo sed obnoxiq ei ꝓmo obedientia nare tenq; ꝑmanere subtrahere
et oms fidele tenet ꝓnuby in comune quale pterze /

Septimo q̄ si appeat ꝑsm z cardinales nolle ꝓmouere comune aut
impedire seu nolle venire essente impedimente ut capitone expulse
comuny dicte adc . quale q̄ no ꝓmouentem ut impediente aut no
venente teneb̄ procedere ad illig ut illoz ꝓmotionē z depositionē summa
rie z de plano z ad alias penas ac statutas cap̄ q̄ fautores
hrsis

dicte conclusionis octaua die mensis nouembris anno domini M° CCC° LXX° fuerunt affixe
coram notario et testibus in valvis ecclesie sancte apostolorum apud palacium domini nostri pape
martini quinti ad duos fines / cuius primus ut sint note pape collegio et omnibus curi
alibus secundus finis in concilio explicabitur et declarabitur

189







